



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

1. De mora in oratione tenenda, & eius causis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

*Et dicitur; vulnerata caritate ego sum.*

*Cant. 5*

TEXTVS VIGESIMVS SE-  
CVNDVS.

*Et fuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.*

*De mora in oratione tenenda, & eius causis.*

1. **M**odus loquendi scripturæ est, & *Quid di-*  
maxime apud Hebræos. Nam di- *es 40,*  
es naturalis tempus lucis & noctis continet.  
Nihilominus cum dicimus aliquid factum  
die aliquo, ei qui fecit præsupponimus, quie-  
tū tēpus non fuisse negatum. Ut qui negotia  
gerunt in curiā, vesperi domum redeunt, in  
cubiculum, lectumque se recipiunt, & quie-  
tis elapso tempore rursus exurgunt & ne-  
gotia resumunt.

2. Tu verò Moyses dic nobis, quod tibi di- *Cur tam*  
versorium in monte, quò te post diei imo *diu Moy-*  
quadraginta dierum labores singulos exant- *ses in mō*  
latos recipiebas? Quod tibi cubile capiēdo *te hæs-*  
somnia? Ex qua montis Sinai parte? Quis ti- *rit,*  
bi mensam parabat? Et quibus dapibus refi-  
ciebare? Quinam tibi administri? Qui men-  
sæ tuæ convictores ac convivæ? Sane ieiuna-  
vit quadraginta diebus & quadraginta noc-  
tus Moyses; nam & Elias idem exercuit;

*postmodum Christus sacravit, omnium rex atque*

*Ee*

*fac-*

factor temporum. Nos dies negotijs impendimus; orationi verò ac contemplationi, vix quidem, momenta tribuimus. *Moyſes ſuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus: à colloquijs divinis non ceſſavit: nunquam mentem relaxavit: niſquam omnium dierum quadraginta, vel parte minima fatigatum ſenſit: nimirum breves epularum ac recreationum ſunt horæ, & velut momenta eſſuunt ac dilabuntur. Labor non eſt, vbi amor dominatur; abeſt fatigatio ac tadium, vbi ſuavitas & voluptas. Breve tempus reputatur, cum æterna, & cum æterno Deo, tractantur negotia, ac tranſiguntur.*

3. Sed quamam illic *Moyſes pertractabas? Quamam tanta Deo tecum negotia, vt vel tu illum vel ipſe te quadraginta dierum ſpatio detineat; diei noctem iungas, & dies noctibus? Verum cum magnis, magna, eaque diu ſolideque tractantur; & quia magna ſunt, in exiguo ſpatio cuduntur, & reciduntur. In aulaſ principum res parvæ annos integros homines, & quidem bene occupatos detinent. Quæcumque cum Deo peraguntur, magna, excelsa, ſumma aſtimanda ſunt; quia & ipſe magnus, excelsus, & ſummus eſt; & quæ ad eum pertinent, talia, etiam ſi à nobis exigua reputentur, aſtimare convenit. Accidit *Moyſi multa in monte communicata fuiſſe, partim quæ ad gubernationem populi Iſraeliticis ſpec-**

NVI

226

tabant, queque futurorum figura existebant; partim quæ de venturo Messia prænuntiavit; ut omnia faceret secundum exemplar, quod ei in monte monstratum erat. Infinita sunt verò quæ ad regimen populi, ceremonias, tabernaculi & omnium quæ in eo continentur structurâ spectabant; nempe omnia quæ in exodo, Deteronomio, in libris sequentibus Moyſis & longè plura, quæ post Moyſis mortem contigerunt. Hæc aut similia ut summi momenti detinuerunt Moysem, cum Domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

## SECTIO SECVNDA.

De significatione quadraginta dierum, quibus Moyſes cibo caruit.

I. **D**Vo tota hac celebri figura obser- *Duo no-*  
vari hætenus potuerunt. Vnum, *tari hoc*  
quanta sit dignitas, atque eminentia oratio- *tractatu,*  
nis, cum eximia utilitate coniuncta: alterum, *Oratio-*  
eidem orationi annexum esse oportere inse- *nis digni-*  
parabiliter, ieiunium nempe, aut certè sobri- *tatem.*  
etatis laudem singularem. Quâ de re initio *Comitè*  
utcumque tractavimus. Hic verò quia Moy- *orationis*  
ſes, quadraginta diebus cum Deo in otio ad- *abstinenti-*  
modum negotioso versatus est, totidem sa- *tiam.*  
nè ieiunavit, atque adeo ut ne guttam qui- *abstinentiam,*  
dem aquæ delibaret; quo quisque intelligat, *ita cõiunctam esse debere ora-*  
*tionem*

E c a

tioni